



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Henrico monacho electo, qui meritis beatae Mariae receptus est, cap.
37.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

perviam, quæ erat inter me & chorum, incedentem: habebat in capite coronam diuersorum colorum, & erat more Iudaico velata. Cùm mihi propinquasset, quasi ex necessitate me tangens, veste percussit, & ecce subito confortatus, ita omnis prædicta tentatio conquieuit, vt ab illa hora deliciae mihi sint ire ad matutinas. Spero quòd Domina nostra fuerit, quæ pusillanimes confortat, ne tentationi succumbant. De his à me requisitus Henricus non negauit. Quòd verò torpentes ad deuotionem excitet, habes exemplum in distinctione quarta capitulo tricesimo de Christiano monacho nostro, què in oratione dormientem tetigit, dicens: Non est hîc dormitandum, sed orandum. APOLLONIVS: Bene recordor huius capituli. CÆSARIVS: Quòd verò pro suis vitijs de ordine eiectioni, beatæ virginis misericordia reuocentur, sequens sermo declarabit.

CAPVT XXXVII.

Eodem tempore, quo Daniel monachus in Hemenrode, vir simplex & rectus, vltimam incidit infirmitatem, laborabat in eadem domo hydro-
pisi alius quidam monachus, Henricus nomine, ordine sacerdos, non tamen adhuc lecto decumbens, sed ambulare sufficiens, qui ad lectum infirmantis appropians, hæc verba ab eodè Daniel audiuit: Monachus ille multas habet beatæ virginis referre gratias. Audiens hoc Hæricus, miratus est, & inquiri fecit ab eo, quid his verbis notare voluerit. Qui respōdit, eū auxilio Domine nocte fuisse receptū, fuerat nāq; ob excessus quosdā moresq; reprobos idē Hæricus eiectioni de domo; vnde nimium dolens, die noctuq; lacrymis & orationibus insistebat inuocare beatā virginē Mariā, vt ipsa ei regressū ad propriā domū donaret. Tēpore generalis capituli per Abbatē suū seniores interpellauit, qui vnanimiter ei cōtradixerūt, eo q̄ incorrigibilis existeret. Quod vbi cōperit, iratus beatæ virginis ōne seruitiū, quod ei impendere cōsueuerat, subtraxit. Tandem ductus de hoc pœnitentia, obsequium neglectū resumpsit, & valescens Porcensibus, ad Hemen-

*Eiecti
propter
delicta
per B. I. ir-
ginem
reuocantur.*

rode rediit, misericordiam quæsiuit, sed non inuenit. Suasit ei Abbas, qui solus ei erat propitius, ut Archiepiscopum Treuerensem adiret, & eius auxilio atque interuentu ingressum obtineret. Vtrumque factum est: omnia tamen hæc circa illum gesta fuisse per clementiam beatæ Dei genitricis, prædicto Danieli reuelata sunt. Vis nunc nosse quam sincero affectu diligentes se diligat, quantum dilectos honoret, & quam mirificis reuelationibus eosdem glorificet? APOLLONIUS: Talia audire tibi mihi est. CAESARIUS: Quæ dicturus sum, multorum didici fida relatione.

CAPVT XXXVIII.

Quantum B. Virgo diligentes se diligat & honorat.

IN Longobardia in quadam domo ordinis nostri, quæ Carixtus dicitur, ante paucos annos monachus quidam extitit nomine Bertramus: iste tam feruenti motu charitatis Dominam nostram sanctam Dei genitricem amabat, ut non sine magno cordis cruciatu audire posset, si fortè dubitatiuè quis diceret, vel legeret, de corporali illius assumptione. Cū iam exgisset in ordine quindecim annos, adhuc iuuenis ætate, in vigilia assumptionis eiusdem gloriosa virginis, rogauit Abbatem, ut sibi liceret ire ad vicinam grangiam, dicēs, se non posse audire neque sermones Hieronymi in choro, neque sermonem in capitulo, timēs quod prædictum est: erat enim grangiarius. Abbas sanctitatem eius turbare timens, annuit eius petitioni: cumque venisset iuxta grangiam, angelus Domini mirabili modo illum rapuit, & ad spatium vnius diætæ iuxta paruum quandam ecclesiam, vicinam satis castro fratris sui carnalis, viri nobilis, deponens, disparuit. Equus verò cui insiderat & seruus iuxta grangiam dimissi sunt. Erat autem fluuius, qui sine naue transuadari non potuit, inter castrum & capellam. Qui cū sederet admirans vbinam esset, vel qualiter ad illum locum deuenisset, iuuenis quidam splendidus de ecclesia exiit, & quia Domina nostra ipsi ocyus ecclesiam ingredi mandaret, voce clara nunciauit. Ingressus ecclesiam, vidit sanctam Dei genitricem Virginem Mariam in corpore glorificato, in sede miri decoris resedentem.